

5620 L. Saufeius | L. f. Claud. | Clemens | scholam et | solarium¹ | dedit.

Nogarè in valle Cadorensi (cf. N. 5622) rep. (V 8801 bis descripta). — 1) Similiter N. 5392.

5621 P. Maiu[s] M. f., P. Allius M. f. | praef. solar. f. c.

Inter Aecianum et Compsam, prope Rocca S. Felice, lapis longus magis quam altus, litteris pulchris et antiquis (IX 4027 vidit Dressel).

5622 in honorem | [Neronis]¹ Claudii | Caesaris Augusti | Germanici | Sex. Paeticus Q. f. | Tertius et | C. Paeticus Sex. f. | Firmus | horologium cum sedibus | paganis Laebactibus | dederunt.

Castel Lavazzo in valle Cadorensi (inter Bellunum et Pieve di Cadore), ubi fuit pagus Laebactium (V 2055 saepius descripta a saec. XV ad initium saec. XVIII). — 1) Vocabulum erasum esse pars auctorum significat.

5623 M. Val. M. f. Quir. Marc[ellus aed., II]vir munic. Aurgi[tani]¹, | accepto loco a republic. horologium omni [inpensa sua editis ludis] circensibus et ludis scaenicis [d. d.].

Tucci (Martos) in Baetica (II 4685 vidit Huebner). — 1) Cf. N. 5657.

5624 horologium cum suo aedificio et | signis omnibus et clatris | C. Blaesius C. fil. Voltinia Gratus ex HS n. \bar{X} | et eo amplius ad id horologium adminis[trandum serúm¹ HS n. \bar{III} d. s. p. d.

Talloires prope Annecy Sabaudiae (XII 2522 vidit Hirschfeld). — 1) Servum (apicem geminandae litterae causa positum putat Hirschfeld; cf. N. 5404 not. 3).

5625 I. o. m. et Iunoni regin. | pro sal. imp. M. Aur. An[tonini Pii] Aug. et | Iuliae Aug. matris Aug.¹, | M. Ulp. Mucianus mil. leg. XIII Gem. | horologiar. templum a solo de suo ex voto | fecit, Falcone et Claro cons.²

Apuli (Carlsburg) in Dacia (III 1070 cf. p. 1590 ter ut videtur descripta saec. XVI, partes praeterea saec. XVII. XVIII). — 1) Titulus positus inter a. 212 et 217. — 2) A. 195 (hoc anno templum votum esse putat Momms.).

5626 [M.] Aur. Cominius Cassia[nus¹ leg. Auggg. pr. pr. c. v.] septizonium marmorib. musaeo et omni cultu vetustate dilabsum restituit.

Lambaese in nymphaeo (VIII 2657 cf. 18405 fragmenta disiecta viderunt Renier Wilmanns Schmidt). — 1) Cf. supra N. 1134.

Aliud septizonium (sive septizodium) Africanum novimus ex titulo supra N. 5076. Inscriptionem septizonii urbani a Septimio Severo anno 205 extracti habes VI 1032. De septizoniis conferendus praeterea E. Maass die Tagesgötter (Berl. 1902) cap. I.

5627 C. Quinctius C. f. Valgus¹, | M. Porcius M. f., duovir. | quinq. coloniai honoris | caussa spectacula² de sua | peq. fac. coer. et coloneis | locum in perpetuom deder.